

# Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**P.Terentij sex: || quae extant: Comoediae. An= || dria.  
Eunuch[us]. Heautontimo= || rumenos. Adelphi. Ecyra. ||  
Phormio. || ... [qui]= || b[us] erudita Philippi Mele Brettani  
p̃posita est epi || stola ... || ...**

**Terentius Afer, Publius**

**Lipsiae, 1519**

De divisione actuum

[urn:nbn:de:bsz:31-114211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-114211)

cum in eo comœdia ostēdebāt. Vtræq; dextra. s. & sinistra, mixtos iocos, & grauitatem exprimebant.

#### DE SCAENA.

**C** Scœna est umbraculum ex arboribus constructum, a rusticis prius inumbrationis causa compertum, ubi carmīa incondita sapius decantabant. Est autem duplex, uersilis & ductilis. Versilis scœna est quæ subito tota machinis quibusdam conuertebatur, & aliam picturæ faciem ostendebat. Ductilis uero tractis tabulatis hac atq; illac speciem picturæ nudabat interiorem. Notandum & hoc quod in scœna erāt Pægnata, Peripetasmata. Aulæa, Pantomimi, præcones, tibicines, citharœdi, cornicines, choraules, organarii, symphoniaci, rragœdi, comœdi, funambuli, podarii, & siles.

#### DE DIVISIONE ACTVVM.

**C** Comœdia uetus paulatim ex numero personarum aucta in quatuor actus neque plures neque pauciores processit. Sed paulatim attenuato choro, ita ad nouam peruenit, ut non modo non sit chorus, sed ne locus quidem illi relinquatur. Quapropter actus (qui in Comœdia sunt) difficile est nosse in latinis fabulis, sublato choro qui se interponendo actus distinguebat. Erat autem chorus ex pluribus ad tibiam concinentibus compositus. Non actor alicuius partis in fabula sed uelut iudex censorq; , qui sicut recte facta & honesta probat, ita quæ uitiosa & scelestasunt reprobat, ita tamen ut actus non interrumperet, sed per interualla finitorum actuum suum cantum interponeret.

#### DE DIVISIONE COMOEDIAE.

**C** In quinque partes diuidit Comœdia. in Argumentū, Prologum, Prothœsim, Epitasm & Catastrophem. Argumentū est toti⁹ agēdæ fabulæ narratio, q̄ ficta est, sed tamē fieri potuit. Prologus ¶ rasatio quædā est fabulæ, in quo solo licet ppter argumentū aliqd ad populum, uel ex poetæ, uel ex ipsius fabulæ, uel ex actoris comodo loq. Differt autem prologus a prologio. Nam prologus est ubi poeta excusatur, aut fabula commendatur. Prologium uero cum tantū